



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Cur Pharisæi & Saduccæi progenies viperarum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

mentisimus & non plangens. Tanta igitur asperitate penitentia, quam monstrabatur, non tantum docebat vitam æternam, oportebat eos excitari ad virtutem: & quia nec seueritate Ioannis, nec benignitate Domini conuersi sunt, exprobrat illis contumaciam.

At si contra legem Moysi fuisset illa vestitus, vitæque asperitas, merito dixissent Iudæi, demonium habet, ut quilegem Dei violaret. At tam Lutherani, quam Calviniani fatentur Iudæos impudentissimè, & calumniosissimè tam Ioannem, quam Christum fugi lassè, quibus nunc succedit Academicus Wittenbergensis, qui ut Papam euerat, Ioannem Baptistam Christo opponit: ut vel hinc patet, non esse hostes Papæ, nisi qui etiam sanctis inimici sunt.

Denique Ioannem Esauum vocat, eorum moribus imbutum, eorum discipulum. Essenos admodum laudant historici, liber Hebræorum, quem Iuchas vocant, Essenos Nazaræos appellat, quos 70. nominare solent *ἡρακλέους*, origo eorum ab Rechabitis, quidam eorum erant *Κορίθιοι*, alij *Μονάχοι*, ita Iosaphus, alijque. Abraham Zachut, moribus optimis ait fuisse, odio habuisse lucrum, causasse fortationes, & Iosephus *Καταφρονήτας* fuisse *ἡσυχίας*. & lib. 18. cap. 2. *ἡσυχίας* de *ἀνδρῶν ἀνδρῶν τὸν ἡσυχίαν*, optimis moribus præditos, cælibes, agricolæ, delicias, ut vitionis & ornatus exortes: de fato, quod illud crediderunt, bonum sensum habere potest. Si Esseni viri boni, & sancti fuerunt, non docuerunt Ioannem consuetudines legi Dei contrarias, si hæretici, ut fere sentiant nouatores: Ioannem quoque eorum discipulum, & imitatorum hæreticum faciant oportet, ut cuius vita tota huius diuina legi contraria, & a Christo improbat: cum tamen de eo dictum sit, & tu puer Propheta altissimi vocaberis, præbis enim ante faciem Domini parare viuentis, ad dandam scientiam plebi in remissionem peccatorum eorum. Quomodo ergo illa vox clamans hæretica fuit? quomodo baptizator Domini fuit infidelis?

Hæc generatim monere volui, ne quisquam totum est hæc calumnij, quas plenis mendaciorum plaustris deuolunt, moueatur, cum vider, non modo Pontifices, Ioannes est & clericum, sed quod impium est, veteres martyres & eorum Ecclesias antichristianissimi accersi, imo S. Ioannem Baptistam, impietatis, & erroris accusari. Id Deum rogamus ne vquam illo ore laudemur, quo tant sancti tam impudenter accusantur, quia non magis a nobis quam ab illis recesserunt.

Video alia, quæ improbam illam opinionem sequuntur: Ioannem scilicet in ea vita perseuerasse, Christo non paruissè moneri & reprehendenti, atque ita in sua infidelitate mortuum. Nihil enim credendum de eo quod non in Scriptura ut illi asserunt, de penitentia eius, Scriptura nulla loquitur. Excusator etiam Herodes, qui hæreticum, cuius vita legi Dei contraria, licet non ea causa, occiderit.

VERSUS 6.

Et baptizabantur ab eo in Iordane; Consistentes peccata sua.

QUESTIO I.

Quomodo confessi sint peccata?

S. 1. **M**aleuolè, non modo ridiculè operosi sunt, qui negant hoc ex loco probari confessionem

nem Catholicorum. Non enim vilius meminì, qui illo argumento vtiatur, imò omnes docent nullo modo hanc confessionem fuisse sacramenta. Legem enim nouam, eiusque sacramenta negamus initium à Ioanne duxisse. In uiam igitur faciunt Calvinus, Beza, Chyzaus, qui ut insultandi occasionem nanciscantur, fingunt nos hæc verba ad auricularem confessionem detorquere.

S. 2. Constat tamen eos qui baptizabantur, confessos cum dolore, quod indicat Calvinus, & alij. Chyzaus confessionem esse ait ex animo peccatum agnoscere, & deplorare, sateri nos reos esse, verè dolere nos Deum offendisse, perere veniam &c. Hoc autem erat, quod Ioannes dixit, agere penitentiam: Falso Beza distinguit inter peccatorum *ἑσθλοῦς*, & *ἑσθλοῦς*, hac contineri enumerationem, illa confessionem. Verbum *ἑσθλοῦς* confessionem, & laudationem frequenter significat. Sed tamen crebro etiam est peccata singulatum profere. Leuit. 5. 5. & 16. 21. Num. 5. 7. Dan. el. 9. 20. Confessio enim *ἡμῶν ἁλόντων*, & *ἡμῶν ἑσθλοῦς* τὸς ἀμαρτίας. Adhuc meloquente & enunciante peccata. Insigne igitur est erratum Beza cum ait Leuit. 16. 21. non esse *ἑσθλοῦς* peccatorum, cum 70. ita verterint cum Num. 5. 7. Eldr. 10. 1. Nehem. 1. 6. Psal. 31. 6. eodem modo vertant. Verum monet Beza frequentissimè cum de Hebræis agit fallere, ut qui alienis oculis, & fidei crediderit. Quam vero illud absurdum, quamque scurrile, A Cereris nos mysterijs confitendi morem didicisse. Vnde igitur Iudæi morem didicerunt? Nam & Lutherani, & hoc loco Aretius docet; Ioanni consilij causa peccata confessos, idque etiam Lutherani sequuntur. Cur illi à Cereris mysterijs mutuati sint, cum in veteri testamento sint exempla? cum Christiani in actis Apostolorum veniant *ἑσθλοῦς*, & *ἑσθλοῦς* τὸς ἀμαρτίας, seu ut Beza vertit, indicantes facta sua, An in tria erant illa turpitudinum, & non potius Christianæ pietatis? *Exempla confitendi.*

VERSUS 7.

Videns autem multos Phariseorum & Saduuccaorum venientes ad Baptismum suum, dixit eis: Progenies viperarum, quis vobis monstrauit fugere à venturâ irâ.

QUESTIO I.

Cur Pharisei & Saduuccæi progenies viperarum?

S. 1. **P**hariseorum ethymon vel à *ῥῆθ* separando, vel potius à *ῥῆθ* exponendo legem distorsitimo, Saduuccæos à suo principe Sadoc. De illis in manibus versantur doctissimi tractatus prætoris mei Nicolai Serarij, Tiharesum, & Mineral. Hæc itaque omitto. Hoc loco progenies viperarum *γεννηματα ἐχιδνῶν*, appellantur, Syriacè *ܩܝܢܝܬܐ*, generatio Echidnarum, ita Syra vox *ܩܝܢܝܬܐ* Achadna est à Græca. Duplex appellatio: Viperæ vni nis causa recensetur ab interpretibus. Ambr. l. 2. in de dicta. Lucam c. 11. Laudari illos existimet, qui parentum vitia nequaquam imitentur, sed ad penitentiam veniant. Sincerè

Sunder enim venisse constat, non fide, fugere à ventura ira satagentes. Alij plerique sentiunt ex vitæ præteritæ malitia eos progeniem viperarum appellari. Nocentissimum est namque serpentum genus, viperæ, leni morfu perimunt. Alij ita dictam, quod vi perimat, alij vero quasi Viperam; Aristoteles enim ait *ἡ δὲ βίβλος ὡς ὁ κέντρων ἐν ὕδατι, ἐν membranis viuum parere.*

*Vipera est- Vipera proprium est, ut ait Plin. l. 11. c. 37. dentes condigim-
figies Pha- gius, itaque innoxia videntur, cum tamen morsus
risaorum. sit immedicabilis: viua pharisaicæ hypocrisis, & calumnia effigies.*

§. 2. Causa cur adeo duriter agnoscentes peccata sua Ioannes excipiat, ut auctoritatem illis apud populum detrahat; Potentes etenim fuerunt, eosque populus audiebat, hinc crebro ab illis pericula, & seditio, adeo ut regibus quoque timendi essent. Nam Saducæi se e magnatibus & regibus adhaerebant, eorumque vitia fouebant, quibus ex opum abundantia Epicuræorum secta conuenientior erat. Adhuc Ioannes Hircanus Simonis Macchabæi filius dicitur defecisse. Alexander certe suo principatu Pharisaeorum octingentos crucibus affixit, & in conspectu morientium cum aula pellicibusque epulatus est. Facinus inter barbaros etiam inusitatum. Vicissim se hodie, qui diuersas religiones sectantur, de Pharisaisino accusant. Interim omnibus dicitur. *Va vobis iheris, ad quos Pharisaorum vitia transferunt.*

QUESTIO II.

Quæ ventura ira?

Pharisei §. 1. *Μετανοεῖτε ὅτι ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ* appellat, æternas inferni poenas, quas miratur illos fugere conatos, quod Phariseos ingens teneret superbia, sanctosque se arbitrantur, id est omnes minas, omnesque calamitates à se abesse, quam longissime. Saducæi vero, qui nec angelum, nec resurrectionem crederent, adeoque pro anilibus fabulis infros, & manes haberent, nullo metu rerum post mortem tangebantur? Vtrique itaque longe aberant à via ad salutem. Puerile est quod Beza monet, vertendum, præmonstrauit, Erasmus, submonstrauit, *ὅτι δὲ ἔρχεται* est demonstrare, ut & *δοκῶ δὲ ἔρχεται*, ut conuertit etiam Syrus. Firmum contra eos argumentum qui penitentes iam fiducia speciali plenos aiunt. Nullam iram Dei timere. Si enim illi vere penitentes erant, & iram venturam fugiebant, non igitur certarent iram Dei nullam superesse. Non enim ut venturam fugimus, quod desisse nouimus.

Vnus noui §. 2. Irenæus aduersus hæreses, l. 3. c. 9. Ex his omnibus probat vnum esse veteris, & noui testamenti Deum. Matthæus enim apostolus vnum & eundem sciens Deum qui promissionem fecerit Abraham facturum se semen eius, quasi stellas celi, qui per filium suum Christum Iesum à lapidum cultura, in suam nos agnitionem vocauerit, uti fieret populus, qui non populus; & non dilecti, dilecti, ait Ioannem preparantem Christum viam, his qui in carnali quidem cognitione gloriabantur, varium autem, & omni malitia completum sensum habebant, eam penitentiam qua à malitia reuocaret, annuntiantem dixisse: Progenies viperarum, quis vobis monstrauit fugere ab ira ventura? Facite ergo fructum dignum penitentia? & nolite dicere in vobis ipsis. Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens est Deus, ex lapidibus istis suscitare filios Abraham. Penitentiam igitur eam, qua esset à malitia, præconabatur, sed non alterum Deum annuntiabat, præter eum qui fecisset promissionem facere, ille præcursor Christi; de quo iterum ait Matthæus, similiter autem & Lucas. Hic enim est qui dictus est à Domino per Prophetam, Vox clamantis in deserto: parate viam Domino, rectas facite semitas Dei nostri. Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur.

tur, & erunt tortuosa in directa, & aspera in vias planas, & videbit omnis caro salutare Dei nostri. Vnus igitur, & idem Deus est, Pater Domini nostri, qui & Præcursores per Prophetas missurum se promissit: & salutare suum, id est, verbum suum visibile effectum omni fieri carni, incarnatum & ipsum, ut in omnibus manifestus fieret rex eorum.

VERSVS 8.

Facite ergo fructus dignos penitentia.

QUESTIO I.

Qui sint fructus digni penitentia?

§. 1. *C* Aluinus, re, non verbis præstare penitentiam interpretatur; deinde ait, bona opera dicti fructus penitentia. Beza vertit, conuenientes penitentia, non satis expressa vi verbi Græci, aliud est enim dignum, aliud vero conueniens esse. Parum vero illi est male vertere, nisi & interpretem nostrum calumnietur. Sed certe dignos penitentia (inquit) (ut vetus interpretes conuertit) vix aliter intelligi posset, quam contrario penitus sensu, digni videlicet, quorum aliquem peniteat. Non intelligit ille se imponere nostro, quasi dixerit, dignos penitentia, cum sit non modo in nostris libris, penitentia, sed etiam in Bezae contextu. Deinde totum hoc quicquid est, etiam in Spiritum sanctum intorqueti potest. In Græco legimus: *καὶ τὸν ἀρχὸν τῆς μετάνοιας*, quod eodem cauillo obnoxium est. Curenim non dicat argutor: *ἀρχὸν μετάνοιας*, ut *ἡ ἀρχὴ*, *ἀρχὴν*, dignum morte, plagis? Sic enim dicitur 4. Reg. 4. 25. Esther 16. 5. Sap. 3. 5. Ierem. 10. 15. 2. Mac. 7. 27. & 15. 11. Luc 12. 48. Sic etiam *ἀρχὴ τῆς μετάνοιας* *ἵππα πρὸς ἀντιπρὸς*, & 1. Tim. 1. 15. *ἀρχὴν δόξης* Spiritum *χρῆς*, acceptione digaus. Sic Philipp. 1. *μὲν ἀρχὴς τῆς εὐαγγελίας* τῆς *ἐκείνης* πολιτείας. quoniam olim ita locuti sunt Græci Thucyd. l. 7. *ἀρχὴν ἀρχῆς* & *ἀρχὴς τῆς ἀρχῆς*. Si non potest aliter intelligi locutio latina, ergoneque Græca. Imò minus Græca. Nam dignum aliquid latinā lingua dicimus, quod vel præmio, vel pœna compensandum est; deinde quod conueniens est, seu consentaneum causæ, à qua originem ducit: sic dignum genere, patre, patria dicimus; nempe qui dignus sit, ut à talibus tantisque principium ducat. Sic Horatius l. 2. Sat. 3. Fac aliquid dignum præmissis. Ita Balbus l. 8. Epist. ad Cicer. *Suscipe cogitationem dignissimam tuam virtutis*; hoc est, quæ digna censetur, ut à tua virtute proficiatur: uti hoc loco; quæ rat. digna sit, ut à vera penitentia procedat. Similia plane innumera sunt: ut mirum sit homini mediocriter docto in mentem istas venire argutias potuisse. Sed cum de fide, & antiquitate agitur, furor, itaque mentem præcipitant.

§. 2. Caluinus hanc doctrinam fide in partem corruptam penitentiam ait, ipse penitentiam aut esse interiorem hominis renouationem, quæ in externam vitam emergit, sicut ex se fructum producit arbor. Nullo modo penitentia est ipsa renouatio, sed via ad renouationem, non enim dolor de peccato, est iustitia aut sanctitas, ut supra ostendi. Penitentia vnica, atque vna virtus est, pars renouationis, eius fructus, non modo externa vita, sed etiam interna. Præcipui enim fructus virtutum sunt, qui ex corde oriuntur, & sancti voluntatibus perficiuntur. Sine charitate docet Augustinus fructus penitentia non esse. Et Serm. 66. de tempore. Fructus dignus est penitentia, transacta desistere peccata, & eadem iterum non agere. Penitentiam illam in animo esse dicit. Et l. 21.